Evangelium Christi impendeant, ut non satis tutum jam sit peregrè iter facere. Mortua est quoq; ante 12 dies mater generi mei, propter quam meestolu; get, itaq; nos hoc tempore excusatos merito habebis: Doct: Mysterum in pastorem Ecclesiæ, veteris civita, tis Regiomonti, vocatum, hic ferunt te, procul dubio scis, cum res ita sese habeat. Equestri ordini in Au, stria ab Imperatore aliquot tonnis auri Augusta, nam confessionem concessam, atq; Camerarium ac Chytræum, una cum aliquot Aulicis et Papistis ad reformandas scholas et certas ceremonias in Ecclesi, is constituendis, deputatos, te jam dudum scire arbi, tror, Christus adsit illis suo sancto Spiritu, ut Deo nere glorificetur, et Ecclesia ipsius ædificetur, et ne conci, liare studeant Belial cum Christo: De rebus Gallicis et Belgicis certiora scire poteris ex vestris mer catoribus, Immanuel noster defendet et plantet Ecclesiam suam, Amen. pridie Epi. [illegible] Anno ab incarnato Christo nostro 1569.

inscriptio: Johannes Kittelig.

Clarissimo viro, eruditione virtute et pietate ornato, Dno Christophero Preys Pamonio, Philo Magistro Thuronensis Reip: Syndico fi, delissimo, Dno et affini suo.

164) Salutem D.P. in Christo Jesu mi suavissime D. Matthia.

Jam Friderico meo per literas mandaram, ut te exci, taret ad mihi respondendum, et eæ commodum tua su, pervenerit, quæ quod sponte venerint, mihi gratiores fuere, quamvis et aliàs non fuissent ingratæ. Nihil enim quovis modo elicitum, quod à te proficiscitur mihi ingratum accidere potest, imò non potest esse

non acceptissimum. Molestum tibi pro tuo in nos amore
fuisse, quod non licuerit aliquo in loco coram salutare faci-
le credo, nec cujus desiderium ardentius hac in re fuerit
contendere lubet, satis est, eam esse animorum nostro-
rum conjunctionem, ut hoc explicatu difficile sit, quae quin
perpetua inter nos futura sit, nihil addubito, saltem Deum
precor, ut occasiones frequentes praebeat exercendi eam
tum diutissime fruendi etc.
Ut dolui et metui cum audirem Illustriss. Principem Seni-
orem non satis recte praeter solitum valere, ita me nunc
refecisti mirifice cum vestra diligentia et beneficio
Dei imminenti periculo occurreritis. Deo qui nobis Sere illa
tis difficillimis temporibus servasti incolumem, cui non satis
dignas possum agere gratias, quod meum hunc tam clementem
totum triennium et amplius ab omnibus morbis, qui nobis mi-
nus quam non erant insolentes immunem servaverit, conjunge
quaeso nobiscum preces tuas, ut nobis haec felicitas sit per-
petua, ego S. Cels. officia tua quam potui diligenter commen-
davi, pro quibus perpetuam promittit clementiam, et te per-
quam humaniter resalutari voluit, scribit ad me Illustri-
cis constituisse Principem leniorem, S. Cels. ad se Johannis-
burgum, ut secum hiemet vocare. Quod ego non satis possum
mirari, nec ullam video causam, cur Princeps id consili-
i ceperit, nisi forte sumptibus velit parcere. Facit autem,
ut hoc credam, jurgium, quod malevoli aut fortassis curiosuli
quidam mihi hic excitarunt. Eo die, quo hinc discessit, de-
dit ad me literas, quibus satis severe excessum sumptuum hic
factorum reprehendit, eos soli meo Principi ejusque fami-
liae imputans, longeque suos hic factus excedere ausus. Ego vero
utrumque falsum esse sciens vehementer commotusque rescripsi
S. Cels. et ostendi praefectum hunc inter omnes laudatiss.
à Nostitio, cum sua familia non multo minore quam nostra
iisdem vixisse sumptibus queror non ex fide fecisse qui-
cunque fuerit, qui hoc S. C. suggessit, quod hoc retinuerit.
Mitto simul rationes eorum, quae per 14 dies soli absque
familia Capitanei insumpsimus, ex quibus postea non multo
plus nos duobus solos, quam cum capitaneo conjunctos
una hebdomade insumpsisse. Evinco etiam S. Cels:

dum in hoc districtu moraretur per octiduum, se quadru-
plo majores sumptus fecisse, male igitur mihi consultum vo-
luisse, qui hoc falsi pro vero S. Cels: suggessit. In eandem
fere sententiam Nostitio quoque scripsi, sed aliquanto liberius
et audacius, prout justus dolor mihi expressit &c. Sed quid fit,
rescribit mihi princeps valde clementer filium suum hac de re vo-
citans, non ut meam expostularet, sed ut me literarum
magis studiosum, quam in oeconomicis exercitatum saltem
admoneret, ne me vulgus familiae et coci fallerent &c. No-
stitius rogat, ut principi, qui propter aetatem morosior
sit quam par est, parcam, nec ulterius urgeam negotium,
nihil esse periculi, excusat deinde se et Capitaneum eum-
ferba, Gauchius quoque se per literas accurate purgat, uni
omnes cupiunt mihi persuadere principem propri-
motu ista omnia scripsisse, quod quam difficulter ego cre-
dam vel credulus vix credat, necesse utique habeo ipsorum
excusationi dare locum, sed cur haec ad te tam prolixe, ut
nimirum intelligas causam, quae puto adduxerit princi-
pem ut statueret hunc nos ad se transferre, quasi fa-
cilius istic victuri, in quo nimirum fallitur, sat scio,
novi enim nostros, qui nusquam locorum vento vi-
vunt, verum considera tu paulisper meum, in quem pre-
sens periculum propter nescio quos sumptus, unicam
potius Ducatus spem conjecerit, Deus bone, quantum utriusque se-
xus et omnis aetatis familiam S. Cel: secum longo agmi-
ne trahit, admittuntur sine ullo delectu omnes nuncii,
veredarii, necessariarum rerum subvectores, et qui non
undecunque veniunt, tum propter paucitatem habitati-
onum necessitas in arctum nos cogit; quae omnia gras-
sante isto contagio mirabiliter contagiosos nos in nun-
quam eluendam infamiam simul et summum discrimen
facile, nisi Deus supra modum misericors nos quasi invi-
tos servare velit, praecipitaverint, horresco, cogitans
si quid tale acciderit, quam miseri nos Borussi hoc tam
misero omnium rerum statu futuri simus. Ecce per
Deum est ista infamia per multos menses diligenter
cavere, removere pueros . . . . periculum im-
mineat.

mineat, et omnia, quae in talib. casib. necessaria semp. habita sunt, diligenter praecavere, et tandem ad extremum nul- la cogente necessitate omnem velle abjicere curam. Quid est tentare Deum, si hoc non est, insana ista vox est, si peri- clitatur senior princeps pater, ut filius religiosus observa- retur, nec opus est, ut tibi quid intersit ostendam, tu pro tua prudentia optime nosti, quam ridicula sit consequentia praeferendus est pater filio, ergo uterque simul praesentissi- periculo objiciendus: sed ne sim prolixior, etiam atque etiam te rogatum volo, si juniorem principem amas, ut amas profecto, ut quacunque ratione poteris, id consilium impedi- as, pro qua opera S. Cels. tibi aliquando ipsa gratias referet, et quod magis est, Deo dante tranquille et se- cure sub S. Cels. tutela philosophaberis. De jurgio illo inter Ducissam et Ducem nemo mihi litteris scripsit Camiij omnino nihil, saltem aliqui obiter fecerunt mentionem, sed cur quomodo .... nihil, clam habent omnes, sed brevi, ut assolet, ton scrib. innotescet. Tibi ago gratias, quod aliquid saltem detexeris, miror cur pru- ripem vehementius solito nunc perculerit, cum non sit no- vum, sed fortassis nunc detexit graviora, ista sunt ego ton- tam Ducissae, cujus mores et ingenium omnib. notum est, quam Tuscianae impudentiae imputo, istud multo quam uni ora comment, et in levissima quaeque rigide pro authori- tate scilicet inquirunt, sed tales quiescere non possunt quin se ipsi prodant. De otho scribo ad principem tu S. Cels. offeres, quando opportunum fuerit, volumus quod quam Montanum pradinquere, ne quid in nostra fide de- sideret, quicquid responsi tulerimus, quam poterimus ocissime ipsi scribemus, Ego hoc tempore exoquam habeo spem, verum ut regis in manu Domini, excusationem tuam quo mi- nus Gynaeceum eo modo quo volui salutaveris, omnino non recipio, calva est enim, ego aliam eloquentiam aut copiam non requisivi, quam qua tu olim Naiades Adriae et sidera Istrica in tua vota traxisti, nec cum foeli- ci, si etsi inmobili commovisti, multo minus donis, sed suavitate morum et orationis, quae illa mirifice

de A°. 1569.

Poteris etiam D. Capellarium ad illas scripsisti in partes nostras assistere quod pene exciderat.

ducuntur et ducunt, Tu qui ab incunabulis Apollinem, Musas omnes, Venerem et Mercurium semper habuisti propitios, cuius pectus et linguam Gratiae ipsae irrigarunt, a me homine plane amusso, nisi quantum tua in prosequendo ad ipsas omnino adeundas duxisti, petere non vereris, ut tibi precam, non faciam impudenter, nec tamen hoc tibi remitto, imo pro iure amicitiae conduplico, sed uto nomine aperis mea, quae te amanter resalutat totum chorum eoque volui modo compactes, salute etiam impertii cubicularios et D. Davidem Veitum, imo eadem omnes quibus conversaris. Fridericum utrumque graviter obiurga quod in scribendo negligentiores sint, quam par est. Feliciter vale, mesziana. Datae 5 Decemb. Anni 1569.

Tui amantiss:
Jacob a Schwerin.

Si poteris me iuvare Calendario novo anni insequentis, feceris mihi rem gratissimam, nulla enim nobis hic se copia &c:

Inscriptio.

Clarissimo viro, Eruditione et pietate praestantiss. D. Matthiae Stoio, philosophiae et artis Medicae Doctori et in Academia Regiomontana eiusdem professori, necnon Illustriss. Borussorum principis Archiatro, amico &c.